Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2233
Quelle:
Copyright:

4. item *Basileensis* et alia *s. l.* et *a.* 4.

VII. *fol.* 76. *Speculum aureum Institutionum ad beneficia Ecclesiastica et sacramenta.* Incipit: *Non inprouide placuit quibusdam conscientiosis inquirere* &c. Finit una cum Additionibus: *in quibus vtique cuilibet oculacius est consulendum.* Scriptum fuit 1455. memoraturque a *Petrejo.*

VIII. *fol.* 89. *De cognitione causarum et effectuum secretorum.* Incipit: *Spiritus sanctus per organum suum scilicet Amos prophetam* &c. Finit: *sicque se humilians exaltabitur in presenti per gratiam in futuro per gloriam. Ad quam nos perducat* &c. Meminit *Trith.* et *Petrejus.*

IX. *fol.* 98. p. 2. *De potestate Demonum arte magica superstitionibus et illusionibus.* Incipit: *Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci ad ebre. ult. Hec doctrina apostolica* &c. Finit: *ut omnibus erroribus seclusis in veritatis et salutis via omnes ambulare possimus ad ipsum, qui via est veritas et vita Ihesum christum qui est* &c. Meminit *Trith. Petrej.* et *Fabricius.*

X. *fol.* 122. *De statu et officio ecclesiasticarum Personarum.* Incipit: *Josias sanctus Rex Juda diuine legis feruentissimus emulator* &c. Finit: *Si vero aliquid dignum concepit deum a quo bona cuncta procedunt vna mecum glorificet Cui laus* &c. *Anno domini* 1456. Meminit *Petrej.* et *Fabricius.*

XI. *fol.* 167. *Quodlibetum Statuum Humanorum.* Incipit: *Ezechiel Sanctus dei propheta in Sacra visione legitur vidisse librum* &c. Finit: *Qui et inspirator non dubitatur fuisse et in continua assistencia non creditur defuisse cui laus* &c. *Anno Dominice Incarnacionis 1452. Autorisante sanctissimo domino ac domino nostro summo Pontifice Nicolao Papa quinto.* Male a quibusdam tributum *Jac. Gruytrodio.* Memoratur *Petrejo* et *Fabricio.* Excusum prostat per *Joh. Hug de Göppingen s. l.* et *a.* f. ubi tamen Carthusia prope Erfordiam perperam *S. Agnetis* dicitur.

XII. *fol.* 221. *De Malo huius seculi.* Incipit: *Organo apostolice vocis suo iudicio inter apostolos minimo* &c. Finit: *Si vero aliquid imitatione dignum se pro me exhibeat deuotum oratorem vt in omnibus trinus et vnus laudetur deus per secula benedictus Amen. Compositum Anno domini* 1447. *Hic autem conscriptum Anno Domini* 1456. Memorat *Trith. Petrej.* et *Fabricius.* Patet 10. annis ante Autoris obitum *Codici* nostro insertum.

XIII. *fol.* 271. *De habitibus acquisitis infusis ac de caritate.* Incipit: *Non ignorant diuinarum litterarum solliciti scrutatores* &c. Finit: *Ego protector tuus et merces tua magna nimis. Gen. XV. Quam omnibus prestare dignetur christus* &c. Memorat *Petrej.*

XIV. *fol.* 285. *De cautelis diuersorum statuum in ecclesia.* Incipit: